



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lec. viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Gloria. Et eum: *In. lii. noc.*
an. Herodes funest⁹ iussit in-
 terficere z afferri caput iohan-
 nis in disco. *ps.* In dño zfi.
an. Petijt puella caput iohā-
 nis baptiste. quo allato dedit
 matri sue. *ps.* Dñe quis. *an.*
 Visit rex incredulus mīstros
 derestables: z āputari iussit
 caput iohānis in carcere. *ps*
 Dñe in virtute. *p.* Dagna
 est gloria. *Scdm martheum.*
In illo tempe: Audiēs
 herodes tetrarcha famā
 iesu ait puenis suis. Hic ē iohā-
 nes baptista z ipse surrexit
 a mortuis. Et reliqua. *Ome-*
lia venerabilis Bede presbi.
Natalis frēs charissimi be-
 ati iohānis diē celebrātes op-
 tet vt nō solū cōstātam passio-
 nis illius pia deuotōderecola-
 mus: sed et eoz a quibz pas-
 sus est maliciā nobis i arma
 vertamus salutis. Tu autē *R.*
 Dñe mi rex da mihi in disco.
 Caput iohānis baptiste. *p.*
 Et contristatus ē rex ppter ius-
 iurandā z ppter simul discum-
 bentes noluit eam contristari
 sed misso spiculatore precepit
 amputari Caput. *Lec. viij.*
Quoniam em scripturis sanctis
 vtiliter animum intendimus
 cum non solum in eis virtutes
 ac premia iustoz veruetiā vi-
 tia vindictamqz reproborum
 ad incitamenta nobis bñ agē

di proponimus. Audiuit igitur
 herodes tetrarcha famam
 iesu z ait puenis suis. Hic est
 iohannes baptista ipse surrexit
 a mortuis: z ideo virtutes o-
 peratur in eo. Tu autē domine.
R. Postulāte nequissima he-
 rodiadis filia vt prece christi
 nobilis baptista Accaretur i
 carcere. *p.* Misso herodes
 spiculatore precepit vt iohā-
 nes baptista Accaret. *L. ij.*
Qui bñ intellexit mortuum
 posse hominem resuscitari ad
 vitam: bene de resurrectōnis
 gloria sensit: qui iustos p⁹ res-
 surrectionem maioris potētie
 q̄ mortalīs fragilitas capit
 futuros esse p̄sperit. Sed mis-
 sere desipuit qui quod de ho-
 mine puro sponte credere po-
 tuit. hoc de deo homine crede-
 re miraculis attestantibz: tā-
 tis p̄dicatorum p̄conijs cōso-
 nantibus nulla rōne confesit.
 Tu autē. *R.* Accedentes di-
 scipuli sancti iohannis bapti-
 ste. Tulerunt corpus eius z se-
 pelierūt illō. *p.* Misso hero-
 des spiculatore precepit am-
 putare caput iohannis i carce-
 re. quo audito discipuli eius
 Tulerunt corp⁹ ei⁹. *Gloria.*
 Tulerūt. *Ad laudes an.* He-
 rodes em tenuit z ligauit iohā-
 nes z posuit in carcerem ppter
 ter herodiadem. *an.* Puella
 saltanti impauit mī. nihil ali